

86. Pars magna pietatis est velle fieri bonum. Ep. 34.

97. Nemo se mutat, qui mutari desperat. *De Moribus.*

98. Vix quisquam in bonum nisi ex malo transit. In suis *Proverb.*

Vide etiam titul. sequentes, *Judicium extremum*, sent. 95; *Mutatio, Negotium*, sent. 19; *Novitius*, per lotum; *Prædicatio*, sent. 143; *Princeps*, sent. 63; *Tentatio*, sent. 187, 188.

CONVERSIONIS DILATIO.

SENTENTIE PATRUM.

S. ANSELMUS. 1. Qui differt in futuram, et forsitan non futuram ætatem, suam vitam corrigere, certum bonum dimittit et, contemnendo procul dubio quod perdit, probat se non amare quod expectat et meretur non accipere. *Prosec.*

2. Qui bonum quod vult facere, ut melius fiat, differt: si melius bonum est, certum est; si autem melius bonum dubium est, et perdere minus bonum, minus est damnosum et irreperabile; consilium est, ut acceleret facere bonum minus, ne minus expectando majus, non faciat majus nec minus. *Epist. 1, ad Helinandum.*

3. Conversio dilata difficilior est, accelerata faciliior; ideoque non debet quis esse piger, et tardus ad conversionem. *Prosec.*

4. Diabolus enim quanto diutius possedit, tanto difficilior dimittit.

5. Quanto quis magis tardat conversionem, tanto magis indurat. *Part. 2, tit. 9, cap. 13, § 1.*

S. AUGUSTINUS. 6. Quandiu, quandiu, cras et cras? quare non modo, quare non hac hora finis turpitudinis mee? *Lib. 8 Confess.*, cap. 12.

7. Malos decipit spes dilationis, dum se diutius victoros patant, et perditos mores aliquando in melius mutatuos. *Lib. Quæst. Evang. ex Maltheo*, quæst. 11.

8. Magna Dei misericordia in hoc quod diem vite tibi incertum fecit, ut nescias quando hinc emigrabis; et quotidie speras te aliquandiu conversurum, in hoc ejus magna misericordia. *Sup. Psalm. cxlv*, vers. 8.

9. Noli dicere, cras me convertam, cras Deo placebo. Quid dicis? Deus conversioni tue indulgentiam promisit, sed dilationi tue diem crastinum non promisit. *Ibid.*, vers. 8.

10. Dissoluta et paralytica cogitatio est de crastina cogitare conversione, et hodiernam negligere. *Serm. 71, ad Fratres in eremo.*

11. Fratres, non tardetis converti ad Dominum; sunt enim qui præparant conversionem, et diffe-

runt, et fit in illis vox corvina, cras, cras. *Prosec.*

12. Corvus de arca missus, non est reversus; non querit Deus dilationem in voce corvina sed confessionem in gemitu columbino.

13. Missa est columba et reversa est. Quamdiu cras, cras? observa ultimum cras, quia ignoras quod sit ultimum cras. *Super Psalm. cxi*, vers. 8.

14. Mansuetus Dominus, longanimis Dominus, misericors Dominus; sed et justus Dominus, et verax Dominus; largitur tibi spatium correctionis, sed tu plus amas dilationem quam emendationem. *Prosec.*

15. Semper expectas, et de misericordia Dei tibi plurimum polliceris, quasi ille qui tibi per patientiam promisit indulgentiam, promiserit tibi etiam prolixiorum vitam. *Sup. Evang. Joan.*, cap. 8, tract. 33.

16. Si obtulisti florem juventutis tue diabolo, saltem fecerit senectutis tue immolare non differas Christo. *Serm. 8, ad Fratres in eremo.*

17. Ipsa dilatio res est, quæ multos occidit, cum dicitur, cras, cras, et subito ostium clauditur; remansit foris cum voce corvina, qui non habuit genitum columbinum. *Prosec.*

18. Indulgentiam Deus promisit tibi, crastinum diem quis tibi promisit?

19. Ubi mihi legis indulgentiam te accepturum, si te correxeris; lege tibi mihi, quantum victurus sis. Non lego, inquis; nescis ergo quantum victurus sis, esto correctus et semper paratus.

20. Noli timere, nec expectare diem ultimum tanquam furem, qui dormienti perfodiat parietem; sed vigila, et corrige te hodie.

21. Quid differs in crastinum? longa vita erit; ipsa longa sit; prandium bonum longum nemo differt, et vitam malam longam vis habere? utique si longa erit; melius bona erit; si brevis erit, bene factum est ut bona produceretur; sic homines negligunt vitam suam, ut nolint habere malam, nisi ipsam. *Serm. 16, de Verbis Dom.*

22. Quare differs vocantem te certus de mercede, incertus de die? vide ne forte quod tibi ille daturus est promittendo, tu tibi auferas differendo. *Ibid.*, serm. 39.

23. Quid differs in crastinum? longa vita erit; ipsa longa sit, prandium bonum longum nemo differt, et vitam malam longam vis habere? *Prosec.*

24. Utique si longa erit, melius bona erit; si brevis erit, bene factum est ut bona produceretur; sic homines negligunt vitam suam, ut nolint habere malam, nisi ipsam.

25. Vilam emis? bonam queris; uxorem vis

ducere? bonam eligis; filios tibi vis nasci? bonos optas; caligas locas? non vis malas, et vitam amas malam.

26. Quid te offendit vita tua, quam solam vis malam, ut inter omnia bona tua solus sis malus? *Ibid.*, serm. 16.

V. BEDA. 27. Ne tardare velis, si quem convertere possis. In suis *Proverb.*, verbo *Ne.*

S. BERNARDUS. 28. Ne ob aliud qui reuunt, et differunt converti ad Deum, nisi quia gravem et severum imaginantur, qui pius est; durum et implacibilem, qui misericors est; ferum et terribilem, qui amabilis est. *Serm. 38, sup. Cant.*

S. BONAVENTURA. 29. Qui tarde convertuntur, parum seminant: qui cito convertuntur, multum seminant, et multum metere possunt. *Serm. 3, in Die Cinerum.*

30. Cave periculum, si enim penitentiae medicina differtur, morbus anime augetur, insuper inveteratus difficiliter sanatur. *Prosec.*

31. Periculosum est, et interitui vicinum, ad mortem protrahere penitentiae remedium. *Ser. 3, in Die Cinerum.*

S. ELIGIUS. 32. Peccator dum habetur, non differat penitentiam, quia nescit si tempus penitendi accipiet, ad digne penitenti. *Hom. 9.*

S. EUSEBIUS EMISUS. 33. Periculosissima est in ultimum diem promissa securitas. *Prosec.*

34. Stultissimum est, ut causa, quæ de necessitatibus agitur æternis, mutabilitatibus vite deficientibus committatur extremis.

35. Odibile est apud Deum, quando homo sub fiducia penitentiae in senectutem reservatæ, liberius peccat. *Hom. de Latrone.*

36. Elugere intoleranda supplicia et incendia æterna non poterunt, qui se ad meliora non converterint. *Hom. 3, de Epiphania.*

S. FULGENTIUS. 37. Ipse sibi est perniciosissimus inimicus, quisquis male vivens vitam non mutat antequam finiat. *Lib. 2, de Hemiss. peccator.*, cap. 6.

38. Si quis noluerit hic ad Deum converti, et a mala vita ad bona vite studia commutari, nec illic immutabitur, ubi feliciter mutatis justis immortalitas et incorruptio confertur. *Ibid.*, cap. 13.

S. GREGORIUS MAGNUS. 39. Cum pia intentio ad conversionem vocat, sed adhuc ab hac intentione carnis infirmitas revocat, quasi quibusdam vinculis anima ligata præcipitur. *Lib. 30, Moral.*, cap. 12.

40. Celeritas conversionis plerumque oritur ex præcipitatione consilii, non incremento devotionis. *Lib. 4, in I Regum*, cap. 4.

41. Qui diu convertendos expectat, non conversos sine retractatione cruciat. *Lib. 10, Moral.*, cap. 17.

42. Ne Prædicator vilem peccatorum conversio-

nem æstimet, dum leviter convertere eos ad Dominum potest, differtur conversio, ut conversi diligantur amplius. *Lib. 4, in I Regum*, cap. 4.

43. Ne expectes ut bonus fias, sed jam fieri incipias. *Orat. 3, de Sua excusata.*

44. Nunquam est sera conversio: Latro de cruce transiit in Paradisum. *Ep. 7, ad Lælam.*

45. Non adeo tarde quis ad Deum convertitur, quin sufficit ei residuum vite quantum libet breve ad peragendum iter peregrinationis, si velit. *Sup. Prov.*, cap. 11.

46. Multis modis terret Deus homines, ut vel sero convertantur, atque exinde magis erubescant quod tam diu expectati sunt ut redirent. *Prosec.*

47. Nam nunc minis, nunc plagis, nunc revelationibus quosdam concutit, ut qui voluntate converti despiciunt, commoti terroribus convertantur.

48. Plerique ex sola mentis devotione convertuntur ad Deum, nonnulli vero coacti plagis convertuntur, qui ex devotione non converterebantur. *Lib. 2, de Summo bono*, cap. 7, sent. 8.

49. Trahit iniquitatem ut funiculum, qui tardat ad Deum converti. *Ibid.*, cap. 23, sent. 12.

50. Metendum est ne dum ad finem differtur conversio, incerta occupet mors, antequam subveniat penitentia. *Prosec.*

51. Quare etsi bona est ad extremum conversio, tamen nullo melior est, quæ longe ante finem agitur, ut ab hac vita securus transeat. *Lib. 2, de Offic. Ecclesiastic.*, cap. 16.

52. Nemo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est; quia nonnumquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturior proficit. *Ep. 92, ad Rustic. Narbonens.*, cap. 6.

53. Extrema insaniam est, negotium animæ, in necessitatibus differe articulum, donec desideriam suam falsa expectatione foventem, tonitruum divinæ indignationis absterreat. *Ep. 102, ad Radigensem Abbatem.*

54. Muta vitam dum vivis in hac vita, ne si forte modo, cum potes, distuleris mutare, tunc volens mutare, cum non poteris, cogaris tenere. *Lib. 3, ep. 10.*

55. Ne temetipsum decipias, ne ulterius differas, ne salutis tue remedium de die in diem procrastinandum animam tuam deducas; sed intra cito, dum licet, in portum conversionis, ne te tardantem repentini opprimant cessus, ne te inopinatè mortis absorbent fluctus, et æstantis gehennæ deglutiat barathrum. *Lib. 4, ep. 3, ad quemdam episc.*

56. Non est tuta dilatio tibi ne forte, si nimum procrastinaveris, invidus satanas, sancto

S. GREG. NAZ.

S. BIERON.

S. HUGO CARD.

S. ISID. HISP.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

S. LEO PAPA I.

ad Deum itineri tuo obicem ponat, et gressus tuos (ne implere possis bonum propositum quod inchoasti) retardet. Lib. 5, ep. 6, ad *Humbertum Archidiaconum*.

S. PROSPER. 57. Remedia conversionis ad Deum nullis cunctationibus sunt differenda, ne tempus correctionis pereat tarditate.

58. Qui enim penitenti promisit indulgentiam, dissimulanti diem crastinum non spondit. Tit. 71.

THEOPHYLACTUS. 59. Qui penitentiam differt in tempora posteriora non festinat hic penitere, qui procrastinat, non assequitur sanitatem. Super *Joan.*, cap. 5.

SENTENTIE PAGANORUM.

EPICETUS.

60. Quousque tandem differes præstantissima quæque tibi vendicare? Accepisti præcepta quæ amplectenda tibi fuerunt, eaque amplexus es; qualem igitur adhuc doctorem expectas, cuius adventum tui correctionem differas? Non jam adolescens es, sed matura ætate vir; ilaque si neglexeris et cessaris ac sub inde mora moram, proposito propositum adjunxeris, et dies alios post alios constitueris, non animadvertes nihil te profecisse, sed hominem plebeium forte tam viventem quam morientem? In *Enchirid.*, cap. 75.

SENECA.

61. Quam serum est, tunc velle incipere, cum desinendum est! *Prose.*

62. Quæ tam stulta mortalitatis oblivio, in quinquagesimum et sexagesimum annum differre sana consilia; et inde velle vitam inchoare, quo pauci produxerunt? *De brevitate vite*, cap. 4.

63. Maxima vitæ jactura, dilatio est; illa primum quemque extrahit diem, illa enipit præsentia, dum ulteriora promittit. *Pro.*

64. Maximum vivendi impedimentum, est expectatio quæ pendet ex crastino.

65. Perdis hodiernum, dum quod in manu fortunæ positum est disponis, quod in tua dimittis. *De brevitate vite*, cap. 9.

66. Dum differitur vita, transcurrit. Ep. 4.

67. Nihil differamus, sic formemus animum, tanquam ad extremum vite ventum sit. *Pros.*

68. Maximum vitæ vitium est, quod semper aliquid ex illa differitur. Epist. 101.

69. Multos vitam diferentes, mors juncta prævenit; itaque omnis dies velut ultimus judicatur. *De Morib.*

CONVICIUM.

S. BASILIUS
MAGNUS.

Definitio. Omne verbum quod ex affectu ignorantia alienandi dicitur, convicium est, etiamsi

ipsum verbum non videatur contumeliosum, In quæst. compendiose explicatis, quæst. 23.

Conviciari, est imponere vel irrogare alicui crimen vitiosum. Sup. *Ecclesiasticæ*, cap. 23.

Convicium est turpis verborum infamatio. *HUGO ARD. S. P. Ecclesiast.*, cap. 5.

Comparatio. Qui conviciatur, est sicut canis macelli, qui semper os portat sanguinolentum. Tit. 3, *Dicitæ*, cap. 5.

SENTENTIE PATRUM.

1. Quando aliquis nobis conviciatur, tunc si s. AMBROSIIUS. lentium exercemus, tunc multi fieri non erubescamus. Lib. 1 *Offic.*, cap. 5.

2. Justi est convicia dissimulare, nihil loqui, plus committere honorum iudicio, quam criminantis insolentia. *Ibid.*

3. Bene sibi conscius falsis non debet moveri, nec æstimare plus ponderis in alieno esse convicio, quam in suo testimonio. *Ibid.*

4. Si servus convicium dicit, justus tacet; si infirmus contumeliam facit, justus tacet; si pauper eriminetur, justus non respondet. *Ibid.*

5. Is quibus peccator conviciatur, si deest justitia, pudor crescit, angustior dolor. *Ibid.*, cap. 48.

6. Convicium lædit famam, et charitatem extinguit. *De Amicitia*, cap. 13.

7. Quid selestius improprio, quod etiam falsa objectione innocentis faciem miserando rubore perfundit? *Ibid.*

8. Abjuremus convicia, quorum ultor est Deus, Semel David conviciis impetens a Salomone occisus est. *Ibid.*

9. Non ago ut efficiar homini conviciando superior, sed errorem convincendo salubrior. Lib. 3, *contra litteras Petilianæ*, cap. 1.

10. Quamvis te irridet quisque, quamvis convicietur, tu tamen patiens esto, ne rependas contumelias, et melius tacendo vinces injuriam. *De Rectitudine calholicæ conversat.*

11. Quicumque convicio, vel maledicto, vel criminis objectu aliquem læserit, meminerit, satisfactione quantocumque curare quod fecit. Regula 3.

12. Græve quiddam est convicium, sed majus malum id est facienti, quam patienti. Conc. 9, *contra irascentes*.

13. Vere miser ac deplorandus est ille, qui conviciis in proximis conferendis se assuescit; quid hoc scelere gravius? *De Maledicentia*.

14. Quorundam mentes plus flagella quam convicia cruciant, quorundam vero plus convicia quam flagella castigant. Lib. 7, cap. 4 *Moral.*

15. Nullus vos ibi lingua implicet, ubi conscientia non accusat. Lib. 6, in *Registro*, indict. 15, cap. 178, Epist. 14, ad *Constantium*, ep. *Mediolan.*

S. HIERONYMUS.

16. Difficile eradit opprobria, cui est amica justitia. In *Regula manachorum*, cap. 19.

HUGO CARD.

17. Multi sunt ita parati ad convicia, ut modico verbo concitati, statim evomant quicquid mali sciunt, et quandoque quod nesciunt, fingunt. Super *Prov.*, cap. 25.

S. JOANNES
CHRYSOST.

18. Ne ulciscaris: dixit quis male? lauda tu; convicia dixit? dic tu præconia. Hom. 31, sup. *Act. Apost.*

19. Conviciator bonum charitatis omnino corrumpit, et mille proximum involvit incommodis. *Prose.*

20. Juges in inicitias conflant, et Christi membra discerpit, ac desiderabilem Deo pacem singulis quibusque diebus profligat, amplissimumque diabolo campum per convicia aperiens, eumque efficiens fortiore. Hom. 16, super *Malth.*

21. Mordere scommatibus, procul est a Christiano. Serm. 17, super *Ep. ad Ephes.*

22. Ubi quis te conviciis incessit, ne exacerbaris, sed ingemisce, non ob injuriam, sed ob peccatum, quod te conjicit in ignominiam. *Ibid.*

23. Qui convicium facit fratri, Deo convicium facit. Homil. 1, sup. *Ep. ad Hebr.*

24. Nihil æque animam mordet, sicut improprium: nihil æque tabefacit mentem, sicut convicium. Ser. 3, *de Verbis Apost.*

25. Oblucens est tibi, probrumque intulit quispiam? sive vera, sive falsa is dixerit, maximum tibi certe coronam texuit, si mansuete convicium tuleris. Serm. 10, super *Ep. ad Rom.*

26. Nihil ita urere eos consuevit, qui contumeliam nobis ingerunt, quam quod conviciis affecti, convicia videmus. *Ibid.*, ser. 12.

27. Tu corpus pauperis convitiis laceras, et quasvis bestias crudelitate exasperas: ille siquidem cogente ventre deputatum sibi cibum altigunt: tu vero nemine impellente fratrem tuum devoras, mordes, laceras, licet non dentibus, verbis tamen conviciatoris, morsibus quibusvis gravius. *Ibid.*, serm. 21.

28. Multo magis gloriogsum erit, si conviciis impellitur, laudem impenderis. *Ibid.*, serm. 22.

29. Quos vere amamus, nunquam morsu petimus. Hom. 24, super *I ad Cor.*

30. Qui convicium non fert, pusillo est animo. Homil. 10, sup. *I ad Thessalon.*

31. Conviciatur quisquam tibi? duæ sunt januæ, os tuum, et os illius qui te vituperat et probro afficit. Si tuum occluseris, et spirationem non dederis, omnem flatum istum extinguet; si vero aperueris, offensus redditur. *Ibid.* Homil. 11.

32. Convicia audire absque ira, humilitatis est, atque ingenuitatis. Hom. 27, super *II ad Tim.*

33. Ex risu sapius convicia, de conviciis pla-

go et vulnera, ac vulneribus et plagis jugulationis, et homicidia oriuntur. Hom. 15, ad *Popul. Antiochæ*.

34. Nihil turpius, ignavius nihil, nihil muliebrius, in conviciis jactandis altum sapere. *Ibid.* Hom. 31.

35. Diaboli lectum est omne convicium; quasi perniciosus quidam adulter, occulta voluptate cum animo adulterat, et ex pernicioso spectate diabolicis inimicitias parit. Hom. 52, sup. *Malth.*

36. Adversus convicium lingue fortitudo adhibenda est patientia; ut tentationis verba, quæ foris impugnant, tolerantia virtute devicta discedant. Lib. 2, *de sum. bono*, cap. 20, sept. 23.

37. Inter vituperationes lingua, et opprobria hominum justo se remedio mens justa corroborat, ut tanto solidius in Deum figatur interius, quanto exterius ad humanis conviciatur sensibus. *Ibid.*, cap. 20, sept. 25.

38. Quando conviciis petieris, considera an aliquid a te factum sit convito dignum; si vero nihil a te admissum fuerit, fumum fugientem convicium esse existima. *Paræn.* 89.

39. In hoc tibi copiosior merces acquiritur si, dum conviciatorum sala conspergeris, humilitate blandiris. Lib. 8, Epist. 3, ad *Albericum*.

40. Ictum convicii sagitta non invenit, cum conviciati mens sese in humilitate velut inclinata deponit. *Opuscul.* 13, cap. 22.

41. Sub benevolentia habitu livorem occullat, qui fratrem quasi ex alieno ore conviciis lacessit. *Heccatonid.* 1, ser. 9.

42. Plena victoria est, ad clamantem facere, et non respondere provocanti. *Prose.*

43. Ubi enim verbis verba succedunt, incendio fomenta præstantur.

44. Sicut nihil est deformius respondere furiosis, ita nihil utilius tacere provocatis. Hom. 12.

45. Infinitum est, quantum tui patientia sua præstet, si alter solus insaniat. *Ibid.*, hom. 13.

SENTENTIE PAGANORUM.

46. Ille magnus et nobilis est qui, more magne fere, latratus minorum canum securus ridet. Lib. 2, *de Ira*, cap. 32.

47. Æquo animo audienda sunt imperitorum convicia, et ad honesta vadenti, contemnendus est iste contemptus. Ep. 76.

48. Multi cum aliis maledicunt, sibi ipsis convicium faciunt. *Prose.*

49. Nihil enim turpius, quam qui obiecti alteri sibi obiectum. *De Moribus*.

50. Perturpe est quod obijciatur, in obijciante cognosci. In suis *Proverb.*

S. ISID. DISP.

S. NILUS.

S. PETR. DAM.

THALASSIUS.

VALERIAN.

SENECA.

51. Pessimi est debitoris, creditori facere convivium. *De consolat. ad Marciam*, cap. 10.
Vide etiam titulos, *Contumelia et Maledicentia*.

CONVIVIUM.

SENTENTIAE PATRUM.

S. AMBROSIIUS 1. Convivia extraneorum occupationes habent, dum etiam epulandi produunt cupiditatem. Lib. 1, *Offic.* cap. 20.

2. Convivorum devitanda sunt celebritates; teritur enim officii pudor, audacia emicat, risus subreptit, modestia solvitur. Lib. 3, *de Virginitibus*.

3. Vos graves et prudentes viri, discite detestabilem hominum epulas evitare; talia sunt enim convivia, qualia peridorum judicia. *Ibid.*

4. Quid te delectant damna sine gratia? rogas ad iucunditatem, cogis ad mortem; invitans ad convivium, efferre vis ad sepulcrum, cibos promittis, tormenta irrogas; vina pretendens, venena suffundis. *De Elia et Jesuino*, cap. 14.

S. ANTONIUS 5. Quot irrisiones, detractiones, prodiones, homicidia fiunt in conviviis? Parte 2, tit. 6, *de Gula*, cap. 1, § 3.

6. Convivia facere, ubi communiter lauta preparantur, cum ex amicitia, vel alia honesta causa fiunt, de se non sunt reprehensibilia. *Ibid.*, cap. 1, § 6.

7. Raro est quando in conviviis nulla vana et irrisoria non immiscentur, et ultra debitum non comedatur, et delectetur. *Ibid.*, cap. 1, § 6.

8. Refert Augustinus documentum sibi ab Ambrosio traditum, ut vitaret convivia, quibus terminus temperantiae excedit. *Ibid.*

S. AUGUSTINUS 9. Quisquis immoderatus convivioque mediis amissis modestiae frenis, insana fuerit ebrietate prostratus, aversos respicit nutantes, quos integras videre nequivit; aut sermone longo superflua verba emittit, et vana dicta componit, male clamans et bene sibi sonans. *De sobrietate*, cap. 1.

10. Cur tot Martyrum te natalitia conviviis celebrare delectat, et eorum vitam sequi honestis moribus non delectat? Hom. 50.

11. Rogandi sunt et parentes ad convivium, et vicini; sed rarius rogandi sunt. Serm. 2, *de Tempore*.

12. Non nimis sumptuosa et deliciosa, sed tam parca et sobria vel honesta debent convivia preparari, ut remaneat unde pauperes redici, unde possit aliquid indigentibus erogari. *Ibid.*

V. BEDA 13. Inter epulas difficile servatur castitas. In suis *Proverb.*, verbo *Inter*.

14. Magnum convivium est, ubi pariter misericordia iustitia et gratia apponuntur. Serm. 3, *de Annunt. B. M.*

15. Ubique frenanda lingua praecipis, maxime autem in convivio. Lib. 4, *de Consider.*

16. Convivia sumptuosa, damnum sine honore conferunt. Ep. *de Cura et regimine rei familiaris*.

17. Nisi pax in conviviis adsit, non erunt convivia, sed dissidia. *De septem donis sancti Spiritus*, in specie *de Dono timoris*, cap. 4.

18. Discretionem in verbis ibi (scilicet in conviviis) ratio persuadet. In *speculo discipl.* part. 1.

19. Fugiamus prandia luxuriosa, quae nos occupant usque ad vesperam; contemnamus cenas, quae nos aliquoties etiam invitus usque ad noctem median trahunt. *Prosec.*

20. In quibus et caro per ebrietatem debilitatur, et anima per turpiloquia et scurrilitates vulneratur, forte etiam moritur. Hom. 10.

21. Omnis homo in convivio cordis sui aut Christum, aut diabolum pascit. *Ibid.*, Hom. 23.

22. Sepe convivium, ebrietatis est theatrum. Libr. 2, *Pedagogi*, cap. 4.

23. A convivio rationali absit comessatio, et lascivia juvenilis. *Ibid.*

24. Si propter charitatem convenitur ad convivia, conviviis finis est benevolentia. *Ibid.*, cap. 7.

25. Sonet Psalmos convivium sobrium. Epist. 2, *ad Donatum*, cap. 10.

26. Nuptiarum festa improba, et convivia lasciva vitanda sunt. *De Discipl. et habitu Virginitum*, cap. 9.

27. Monachum inter epulas cum feminis versari, idem est ac se in ignem projicere. *De humilitate comparanda*, cap. 82.

28. Fuge convivia, ne fornicator (etiam sine feminis) evadas. *De Perfect. monachi*.

29. Convivia frequenter divites alios preparant divitibus, ut ferulis delicatissimis suam ventris replent ingluviem, quibus pauperes fame pereunt. Epist. *ad Damas. pap. de morte D. Hieronymi*.

30. Ubi convivia, ubi delicata fercula? ubi vina pretiosa mixta saccharo, et aromatibus preparata? epulemini et inebriemini, non enim post mortem amplius facietis, sed cum divite, qui quotidie epulabatur splendide, in tormentis gehennalibus guttam aquae minimam percipietis, nec habere poteritis. *Ibid.*

31. Tales conviviis debent habere participes, s. vulgenter, quae non carnis solent delicias laudare, sed cordis. Ep. 2, *ad Gallam.*, cap. 13.

32. Solent Reges solemnitatibus suis magnas ac terrenas epulas querere: Herodi autem coecit et

carcer delicias ministrare. *Ibid.*, ser. 7, *de Herode*.

GLOSS. DECR. 33. Facilius quis decipitur inter epulas, quam inter loquelas. Apud Gratianum in *Decretis*.

S. GREG. MAG. 34. Nonnulla sunt vitia, quae a conviviis aut separari vix possunt, aut certe nequaquam possunt. Libr. 1, *Moral.*, cap. 5.

35. Pene semper epulas comitatur voluptas; nam cum corpus in refectionis delectatione resolvitur, cor ad inane gaudium relaxatur. *Ibid.*

36. Accensa mentis intentio inter convivia torpescit. *Ibid.*, libr. 2, cap. 10.

37. Convivia peragi sine culpa vix possunt. Libr. 2, *Moral.*, super illud Job 1: *Filiis tuis et filiabus vescentibus*, etc.

38. Convivium reproborum, est delectatio temporalium voluptatum. Lib. 3, *Moral.*, cap. 24.

39. Abundare in conviviis loquacitas solet; prima namque male convivantibus famularum culpa loquacitatis. Hom. 41, sup. *Evang.*

40. Convivia communia, quae intentione impendendae charitatis fiunt, recte sanctitas vestra n suis epulis laudat. *Pros.*

41. Sed tamen sciendum est, quia tunc veraciter ex charitate convivia prodeunt, cum in eis nulla absentium vita mordentur.

42, 43. Cum non plus quam necesse est servitur corpori, sed sola ejus infirmitas reficitur, ut ad usum exercendae virtutis habeatur. Libr. 2, in *Registro*, ind. 10, cap. 37, epist. 37, *ad Natalem episcop. Salonian.*

S. HIERONYMUS 44. Convivia saecularium vitanda sunt, et maxime eorum qui honoribus tument. Ep. 2, *ad Nepolian.*

45. Facile contemnitur clericus qui, saepe vocatus ad prandium, ire non recusat; nunquam petentes, raro accipimus rogati. *Ibid.*

46. Convivia veluti quasdam catenas fugias voluptatum. Ep. 13, *ad Paulinum*.

47. Inter epulas, palma vitiorum est honesta polluere. Ep. 82, *ad Eustochium*.

48. Difficile inter epulas servatur pudicitia. Tom. 1. Epist. 47, *de Vitando suspecto contubernio*.

49. Laudent te esurientium viscera, non rucantium opulenta convivia. In *Regula monach.*, cap. 19.

50. Utilius est ad exequias funeris quam ad domum ire conviviis; quia ibi recordatione conditionis nostrae et fragilitatis humanae ex praesenti cadavere commemur; in conviviis autem laetitia, etiam si quid timoris habere videamur, amittimus. *Sup. Ecclesiasten*, cap. 7, in illud: *Melius est ire ad domum tactus*, etc.

51. Taciturnitas inter epulas idcirco necessaria

est, quoniam lingua, quae in omni tempore ad peccatum prona labitur, periculosius tamen, cum percerapulam inflammata fuerit, ad loquendum relaxatur. *De Instit. monast. ad Novitios*, cap. 18.

52. Septem sunt, propter quae conviviis placet invitatis: scilicet servitoris nobilitas, ferculorum ordinatio, convivarum honestas, vultus hilaritas, invitantis auctoritas, loci amenitas, mense fecunditas. Super lib. 3 *Regum*, cap. 19.

53. Diabolus hodie multos in conviviis a Christo avertit, et subiecit sibi quasi regi. Super II *Reg.*, cap. 15.

54. Mensae largitas sumptum facit, et convivium exhibentis imminuit substantiam. Hom. 43, super *Genes.*

55. Multis rapinis septenemum convivia plena sunt. Homil. 49, super *Math.*

56. Magnifica convivia excogitas, modo tu alios vocas, modo vocaris ab aliis; ita nunc te consumis, nunc alios consumere cogis. Duplicem sic tibi preparas cruciatum: alterum ab his quae tu, alterum ab his quae alii hortatu faciunt tuo. *Ibid.*, Homil. 78.

57. Deliciosa convivia magis luxuriam accusant quam humilitatem commendant. Homil. 51 *Oper. imperfect.* super *Math.*

58. Convivium Herodis diabolicum. Fit cibus caedes, vinum transit in sanguinem, finis apponitur in natali, in ortu exhibetur occasus, convivium mutatur in homicidium, organa vertuntur in fumus. Homil. 15, *Ex variis locis super Math.*

59. In convivio Herodis intrat bestia, non puella; quaerit caput amputare, non saltare; discurrit fera, non femina; aspergit jubar per cervices, non capillos; anfractibus dilatata membra, saevitia crescit augmentis. *Ibid.*

60. Honestate convivium honoretur, laetitia mense pertingat ad pauperes Christi, familia innocentiae tripudiet disciplina. *Prosec.*

61. Absit ebrietas, luxus absistat, fugetur effusio nimia, salutaricum pestis, lenocinia cantorum, voluptatum fomenta, ventris onera, et naufragium mentis abscedant. *Ibid.*

62. Ebrietatem excutere debent, maxime illi qui symposia socialia celebrant; nam simulatque dissolutum est convivium, omnis laetitia confestim avolvit. Serm. 24, sup. *Epist. ad Rom.*

63. In convivio divitum voluptas est lasciva, risus effusus, ebrietas, urbanae facillae, turpiloquium. Hom. 1, sup. *Epist. ad Colossenses*.

64. Voluptatem in conviviis, non ferculorum natura, sed convivantium dispositio facere consuevit. Hom. 2, *ad Populum Antiochenum*.

HUGO CARD.

S. JOANNES CHRYSOST.

65. In convivio et mensarum affluentia, divitiarum magnificentia predicatur. Hom. *Quod nemo laeditur nisi a semetipso.*

66. In convivio magis voluptas est, ubi cibus potusque tantus est, quantus famem depellat, ac sitim. *Ibid.*

67. Olim nusquam superbia illa, et inutilia, nusquam diabolica pompa, nusquam cymbala, et fibia, et chorea, et satanica illa convivia, et seommata omni obscenitate plena; sed omnia honesta, omnis sapientia, omnis bonitas. Hom. 48, sup. *Gen.*

68. Nihil sit in convivio, quam quod necessarium habet salutis humanae. Hom. 41, *Operis imperf.*, sup. *Math.*

69. Pavil te Deus ex bonis suis, unde et posteaquam pastus es, illi oportebat agere gratias, et tu demones in convivio introducis. *Prosec.*

70. Quae enim fistulis et musicis instrumentis canuntur, nihil aliud sunt, quam demonum cantilena.

71. Duplici nomine periores canes; et ne recordaris quidem honorum homini, sed demones superinducis.

72. Imo canes sive accipiant aliquid, sive non accipiant, adulatur domesticis, tu vero non ita.

73. Canis etiamsi nihil accipiat, adulatur hero suo; tu vero etiam cum acceperis, latras contra Dominum tuum.

74. Rursus canis etiamsi beneficii quiddam acceperit ab alio, neque sic tamen inimicitiam, quam adversus illum habet remittit, neque ad amicitiam illius trahitur; tu vero etiam cum innumera mala patiaris a demonibus, nihilominus eos ad convivia tua introducis. Ser. 1, super *Ep. ad Coloss.*

S. ISIDORUS HISPALENSIS. 75. Cui abundantia est epularum, ardentis divitis intendat supplicium; cuius tanta in inferno inter ignes est inopia, quanta hic epularum fuit copia. Lib. 2, de *Summo bono*, cap. 42, sent. 8.

S. PETRUS CHRYSOLOG. 76. Felices nuptiae, felices illae, quibus Christus est praesens, non luxu, sed virtutibus consecrantur. Ser. 137.

S. PETR. DAM. 77. Abundantium epularum fluxus corpus enervat. *Opusc.* 12, cap. 25.

PHILO JUD. 78. Si ad convivium eundem erit, ito eum fiducia intemperantem pudefacturus tua dextertate. *De profugis.*

S. REMIGIUS. 79. Deliciorum epulae provocant corpus ad libidinem. Sup. *Ep. ad Rom.*, cap. 14.

ROBERTUS BELLAM. 80. Quamvis ubique noceat malorum conversatio, nusquam tamen magis quam in convivio, et competationibus. Super *Psalm.* 61, vers. 3.

S. VALENIAN. 81. Semper plangit quod erogavit, qui con-

vivium invitus insulit. Hom. 3, de *Arcta vita.*

SENTENTIA PAGANORUM.

82. Convivia externa, et popularia devota. In suo *Euchirid.*, cap. 45.

83. Ad proborum mensas, probos non invitatos proficisci posse consentaneum est. *De Convivio.*

84. Multi in carcere vixerunt, in convivio perierunt. Lib. 4, *Contractus.* 25.

85. Errat qui amicum in atrio quaerit, in convivio probat. *Epist.* 19.

86. In comessionibus nostris plus cantorum est, quam in theatris olim spectatorum fuit. *Ep.* 48.

87. Amic circumspiciendum est cum quibus edas et bibas, quam quid edas et bibas. *Ep.* 19. Vide etiam *Cibus, Mensa et Nutrimentum.*

COR IN GENERE.

Cor est fons calor, et principium sanguinis, et principium omnium motuum, rerum delectabilium, et offensibilium. Ser. *Dom.* 3, post *Pascha.*

Cor a sinistris est, et circa mortem involabile, sedes et calor in medio corporis, sedes animae, et solius Trinitatis habitaculum. Lib. 4, de *Proprietatibus*, cap. 3.

Cor venarum fons est sanguinalisque, qui per omnes corporis partes copiose per alyeos suos emanat. In *Dialogo Timaei.*

SENTENTIAE PATRUM.

1. Cor humanum, cor indigens, cor expertum, aerumnas, imo obrutum aerumnis, quantum gaudeat, si boni caelestibus abundaret! In *Prosalogio*, cap. 25.

2. Diabolus in toto corpore hominis, nullum membrum ita conveniens ad venandum, ad speculandum, ad decipiendum invenit, sicut cor hominis, quoniam ex ipso vita procedit, Ser. *Dom.* 3, *Quadr.*

3. In corde sunt tria notanda; indignatio, sedes sapientiae, et dilectio. *Prosec.*

4. Cor est membrum nobile, et indignans, nec patitur immundum intrare; istam indignationem fornicatio facit amittere, dum patitur talem morsellum glutire.

5. In corde est sedes sapientiae, et hanc facit vinum amittere.

6. Corde diligimus, et hanc dilectionem amittit, qui temporalium cupiditate inebriatus proximo non subvenit. Ser. 4, *Dom.* post *Pascha.*

7. Corde sapimus, felle irascimur, jecore amamus. Ser. *Dom.* 5, post *Trin.*

EPICETUS.

PLATO.

SENECA.

S. ANTONIUS

DE PABELA.

HUGO A. S.

VICTORE.

PLATO.

S. ANSELMI.

DE PABELA.

S. ANTONIUS

DE PABELA.

S. AUGUSTIN. 8. Vita cordis amor est; impossibile ut sine amore sit cor, quod vivere cupit. *De Substantia dilect.*, cap. 6.

9. Mutandum est cor, levandum est cor; non hic habitandum corde, haec mala regio est. Sup. *Psalm.* xxxix, vers. 20.

10. In hac peregrinatione carnalis vitae, quisque cor suum portat, et omne cor omni cordi clausum est. Super *Psalm.* lv, vers. 6.

11. Quantum superbum est cor hominis, tantum recedit a Deo; et si recedit a Deo, in profundum it. *Prosec.*

12. E contra cor humile de-colo adducit Deum ut proximus fiat. Sup. *Psalm.* xciii, vers. 13.

13. Cor quaerit, cor inspicit; intus testis est, iudex, approbator, adiutor, coronator; corde laudas Deum, corde benedicis. Super *Psalm.* cxxiv, vers. 6.

14. Impossibile est illi, qui negotiis saecularibus implicatus sunt, ut cor semper sursum habeant. Super *Psalm.* xi.

15. Illi gravior cor ferunt, qui lingua gladio ferunt. Tract. 5, super *Evang. Joan.*, de cap. 1.

16. Cor humanum in desiderio non fixum est, nunquam stabile potest esse, sed omni volubilitate volubilis, de alio in aliud transit, quaerens requiem ubi non est. *Prosec.*

17. In his autem caducis et transitoriis, in quibus ejus affectus captivi tenentur, veram requiem invenire non valet; quoniam tanta est dignitatis, ut nullum bonum praeter summum bonum ei sufficere possit; tanta est libertatis, ut in aliquod vitium cogi non possit. In *Manuali*, c. 25.

18. Bestia crudelis est cor pravae mulieris. In suis *Proverbiis*, verbo *Bestia.*

19. Janua cordis mens est. *De Substantiis.*

20. Totum cor in quatuor affectionibus est: quid diligas, quid metuas, unde gaudeas, aut contristeris. Ser. 2, *Quadr.*

21. Scindatur cor, ut visceribus effluat pietatis. *Ibid.*

22. Cor, felle livoris amarum, per lingue instrumentum spargere nisi amara non potest. Ser. 24, sup. *Cantica.*

23. Pii cordis est cedere importunitati, quae ad id quod oportet adduci non patitur. *Epist.* 258, ad *Eugen. pap.*

24. In omni creatura, quae sub sole mundi vanitatis occupatur, nihil humano corde sublimius, nihil nobilissimum, nihil Deo similis reperitur. In *Medit.*, cap. 7.

25. Sicut molendinum, si arena imponatur, exterminat, pix inquinat, palea occupat; sic cor cogitatio amara turbat, immunda maculat, vana inquietat et fatigat. *Ibid.*, cap. 9.

26. Cor, dum futurum non curat gaudium nec divinum quaerit auxilium: ab amore caelestium elongatur et in amore terrestrium occupatur. *Ibid.*

27. Cor a cogitatione in cogitationem ducitur, et per varias occupationes et affectiones variatur. *Ibid.*

28. Habitatio cordis miseria, subtracta divina gratia. *Ibid.*

29. Quam difficile est accedere ad cor ejus, quod impudentia clausit. Ser. 2, in *Pascha.*

30. Cor nihil dignius perficere potest, quam ut ei se restituat, a quo factum est. *Epist.* ad *quemdam.*

31. Tunc cor hominum Deo datur, quando omnis cogitatio terminatur in eum, girat et circumflectitur super eum, et nihil vult possidere penitus praeter eum. *Ibid.*

32. Nihil dignius cogitari potest, quam cor ad eum referre, qui ut vivere, mori voluit. *Ibid.*

33. Ex cordis thesauro sine dubio procedit quiddam foris apparet vitiosum. In *Apologia.*

34. Cor omni mobili nobilissimum est, omni lubrico lubriciosius est. *De Interiori dono*, cap. 25.

35. Nobile regnum possidet, qui cor suum possidet. *Prosec.*

36. Non regnat, qui in corde suo deditus servitutibus vitiorum, praesidet urbibus et turbis populorum.

37. Solus is regnat, qui deposito cordis imperio, ad leges rationis ordinat totum familiam motuum inferiorum et exteriorum. *De Interiori dono*, cap. 24.

38. Tribus modis Deus cor hominis emollit; per inspirationem, bonam voluntatem creando; per aspirationem, excitando; per occasionem, bonam viam aperiendo ad perfectionem. *Prosec.*

32. Non est rectus, qui linguam Deo, animam offert diabolo.
33. Non est rectus, quem avaritia contrahit, quem torquet ambitio, quem voluntas incurvat.
34. Rectus est, cujus melior est vox operis, quam vox oris, qui bene loquitur, sed melius agit. *Sup. Job*, cap. 1.
- S. PROSPER. 35. Recti corde de præceptis Dei et constitutionibus non quaerunt. *Sent.* 35.
36. Bonum est sursum habere cor, non tamen ad seipsum, quod est superbia; sed ad Deum, quod est obedientia. *Ibid.*, sent. 133.
- S. THOMAS AQUINAS. 37. Rectum cor habet, qui vult quod Deus vult; sed quilibet tenetur habere rectum cor, ergo quilibet tenetur velle quod Deus vult. 1, 2, *quaest.* 19, art. 10, *argum.* 1.
- THOMAS A. KEMPIS. 38. Si rectum cor tuum esset, tunc omnis creatura speculum vite, et liber sanctae doctrinae esset. *Lib.* 2, de *Iniuit. Christi*, cap. 4, sect. 1.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- SENECA. 39. Non est hujus animus in recto, cujus acta discordant. *Epist.* 34.
40. Nulla res magis animos in pravum inclinantes revocat ad rectum, quam honorum virorum conversatio. *Ep.* 94.
- CORONA.
- SENTENTIA PATRUM.
- S. AMBROSIIUS. 1. Nulla sine adversario corona victoriae est. *Lib.* 5, ep. 31, ad *Valentinianum, imperat.*
2. Ubi multa corona, ibi multa sunt certamina. *Sup. Psalm.* cxviii, *serm.* 20, vers. 5.
3. Corona proposita est, subeunda sunt certamina; nemo potest, nisi vicerit, coronari; nemo potest vincere, nisi ante certaverit. *Prosee*.
4. Ipsius quoque coronae major est fructus, ubi labor major est.
5. Tolle Martyrum certamina, tulisti coronas. *Lib.* 4, sup. *Luc.*, cap. 4, in illud: *Diabolus recessit ab illo*.
- S. ANTONIN. 6. Corona non debetur pugnae, sed victoriae. *Part.* 3, tit. 2, cap. 1, § 5.
7. Corona non datur victoribus, nisi bello perfecto et consummato. *Part.* 4, tit. 3, cap. 7, § 2.
- S. AUGUSTIN. 8. Non debet, cum praellatur, infringi qui vult post praellum coronari. *Ep.* 133, ad *Italicam*.
9. Quanto erit acrior impetus belli, tanto densior corona. *Lib.* 20, de *Civili. Dei*, cap. 13.
10. Nullis abjecti animi coronatur, nullus tristis thronum erigit. *Conc.* 1, de *Sejunio*.
11. Non in certaminibus pro coronis, is qui certamen auspiciatus est; sed qui superat, coronatur. *Conc.* 9, *Contra irascens*.
12. Molesta est lucta, sed fructuosa; quia, si habet penam, habebit et coronam. *De interiori domo*, cap. 19.
13. Quod resistentem fatigat, vincentem coronat. *Ibid.*
14. Finis, non pugna, coronat. *Lib. de Passione Dom.*, cap. 14.
15. Quanto fuerit robustior pugna, tanto gloriosior dabitur corona. *Serm.* 7, de *Uana Dom.*
16. Quantumlibet severiam mali, sapientis tamen corona non decedit, non aresecit. *Lib.* 4, de *Consol. philas.*, *prosa* 3.
17. Aliae virtutes coronam merentur, sed sola perseverantia coronatur. *Titul.* 9, *Dieta*, cap. 2.
18. Praeliemur viriliter, ut a Deo coronemur perenniter. *Serm.* 12, *Pentec.*
19. Prudentis militis, virique constantis et fortis officium est, non solum bellum non fugere, sed et optare bellando victoriam, ut possi cononam accipere; non enim coronatur, nisi qui bellat et vincit. *Serm.* 4, de *S. Lucia*.
20. Dat Dominus sanctis pugnam, ut per pugnam veniant ad victoriam, et per victoriam ad coronam. *Ibid.*
21. Triplex corona legitur in scriptura: una aurea, altera stellata, tertia lapidea. *Pros.*
22. Prima corona datur virginibus, secunda Praedicatoribus, tertia Martyribus.
23. Prima dicitur aurea propter suam puritatem, speciositatem, et incorruptibilitatem; secunda stellata, propter suam luminositatem; tertia lapidea, propter suam soliditatem, firmitatem et pretiositatem. *Serm.* 2, de *S. Bartholomaeo*.
24. Narrat Valerius Maximus, quod Rex quidam cui, dum corona regia esset oblata, ut capiti suo eam imponeret; ille eam manu dui dicitur considerasse, et tandem dixisse. *Lib.* 2, *Diotor. memorabil.*, cap. 2, de *Antigono Rege*.
25. O corona magis nobilis quam felix! quam si quis vere cognoscat, quam multis curis, multisque periculis et miseriis plena sit, nec lumi quidem jacentem tollere vellet. *Ibid.*
26. Corona victoris maximis datur. *Serm.* 2, de *Uno Mart.*
27. Dignum est, et justum, et rationi consonum, ut corona detur illi, qui non potuit passionibus superari; nam victoribus coronae redduntur. *Serm.* 3, de *Pluribus Mart.*

S. BASIL. MAG.

S. BERNARD.

BOETIUS.

S. BONAVENT.

S. BONAVENT.

ET VALERIUS MAXIMUS.

28. Corona est res pretiosa ex parte materiae, et est res speciosa ex parte formae, et est aeternitatis significativa ex parte figurae. Serm. 1, de Una Virgine.

29. Nihil pulchrius forma rotunda, quae splendet maxime in corona. *Ibid.*, serm. 2.

30. Triplex est aureola, scilicet, virginum, martyrum, doctorum; virginum florea, martyrum gemmea, doctorum aurea. Tit. 4 *Dial.*, cap. 4.

S. DONAVENT.

31. Quadruplex est corona: 1. corona pudicitiae virginalis, quae debetur virginibus; 2. corona sapientiae magistralis, quae debetur doctoribus; 3. corona perseverantiae triumphalis, quae debetur martyribus, et omnibus perseverantibus; 4. corona gloriae immortalis, quae debetur felicitibus. *Ibid.*, tit. 8, cap. 2.

32. Corona aurea beatorum in tribus consistit: in visione Dei clarissima, in fruitione suavissima, in lentione securissima. *Ibid.*, tit. 10, cap. 2.

33. Corona nec habet principium, neque finem in figura, et significat aeternitatem, quae nec fine, nec principio clauditur. *De itineribus aeternit.*, itin. 7, dist. 7.

34. Quanto laboriosior est pugna, tanto gloriosior corona. Lib. 2, *Phaetora*, cap. 12.

CLEMENS ALEX.

35. A ratione alienum est, ut qui audierimus Dominum spinis fuisse coronatum, habeamus capita redimita floribus. Lib. 2, *Pedagogi*, c. 8.

S. CYPRIAN.

36. Quo longior pugna, eo corona sublimior. Ep. 16, *ad Moysen et Maximinum*, cap. 2.

37. Frons cum signo Dei pura, diaboli coronam ferre non potest, coronae se Domini reservat. *De lapsis*, cap. 1.

38. Non potest accipi dolorum et passionum corona, nisi praecedat in dolore et passione patientia. *De bono patientia*, cap. 4.

39. Qui agonisticam coronam quaerit adipisci in stadio, non coronabitur, nisi usum et periliam virium ante meditetur. *De Exhortat. Martyrii ad Fortunatum*, in praefat.

40. In persecutionibus militia, in pace conscientia coronatur. *Ibid.*, cap. 12.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

41. Omnis qui certat, posteaquam absolvit certamen, coronatur, aut contumelia afficitur. *Pros.*

42. Neque prius Agonothetes decertantes coronat, quam omnium certaminum finis advenerit; ut postremo iudicandis praemia victoriae coronas proferat. *Cateches.* 18.

43. Corona gloriae est ornamentum felicitatis futurae. Sup. *1 ad Thessal.*, cap. 2, art. 2.

S. DOROTH.

44. Quisquis coronam optat consequi, studeat aliquid operam det, ut sit apud coronatos. *Doctrina* 23.

45. In Clerico magnitudo coronae est sig. gloss. DECA. num magna conversionis. Apud Gratianum in *Decretis.*

46. Nullum coronat Deus antequam vincat. gloss. ord. Sup. *Ep.*, *ad Rom.*, cap. 9.

47. Corona in capite, superna est remuneratio. s. GREG. MAG *Pros.*

48. Corona victoriae, praemium est quod desuper ponitur, ut qui certaverit, coronetur. Lib. 14, *Moral.*; cap. 16.

49. Corona non datur sine victoria. Sup. *Cant.*, cap. 1.

50. Coronae signum sunt victoriae. Hom. 24, super *Ezech.*, in illud 3, *Reg. 2: Quasi inter coronas.*

51. Labor protrahitur pugnae, ut crescat corona victoriae. Lib. 26, *Moral.*, cap. 15.

52. Labore terretis? at nemo ahela sine sudore coronatur. *Ep. ad Heliotorum.*

53. Quis sanctorum sine certamine coronatus est? solus in deliciis Salomon fuit, et forsitan ideo corruit. Epist. 22, *ad Eustochium.*

54. Varia lucta sunt genera, sed una corona victorum est. Lib. 2, *Adversus Iovinianum.*

55. Sta in acie, adversarius armatus obsiste, ut postquam vicis coroneris. Epist. 7, *Adversus Vigilantium.*

56. Quot palimur vulnera, tot meremur coronas. Sup. *Psal.* xxxvii, vers. 18.

57. Multi certant, sed ille solus, qui tota virtute vicerit, coronabitur. Sup. 2, *ad Timoth.*, cap. 2, in illud: *Qui certat in agone.*

58. Glorioso certamine opus est, ut corona victoriae deferatur. Sup. *Psal.* cxviii, vers. *Defecit in solutare tuum.* etc.

59. Corona principio caret et fine, totum caput ambit, floribus intextitur, caput ornat, crines castigat, latior decidit, strictior, non aptatur, transposita non congruit. Lib. 4, *de Proprietat.*, cap. 3, verbo *Corona.*

60. Corona virtutum, insigne est regni et victoriae; corona vero viliorum, insigne est ludibrii et tormenti. Sup. *Proverb.*, cap. 4.

61. Mentis maturitas; et vita immaculata, sunt causa coronae. *Ibid.*, cap. 16.

62. Iusti quanto amplius impetuntur, tanto gloriosius coronantur. Sup. *Hierem.*, cap. 39.

63. In mundanis certaminibus post victoriam coronae, in Christi stadiis ante victoriam coronae. Serm. *de Joseph continet.*

64. Qui requie in hoc saeculo et felicitate frui non est, tam splendendam in futuro coronam non est consecuturus. Hom. 43, sup. *Ep. 1 ad Cor.*

65. Non ita corona caput Regis obvincit, sicut animum sollicitudo. Serm. 13, sup. *Ep. Ad Philipp.*

66. Illic coronae ubi poena. Hom. 67, *ad Popul. Antioch.*

67. Quanto laboris ac doloris plus toleratum fuerit, tanto etiam corona erit magnificentior. Orat. 3, *Adversus Iudeos.*

68. Corona quae pro virtute, et ejus sudoribus datur, nihil habet sensibile, neque in hoc saeculo dissolvitur, sed perpetua est et immortalis. Hom. 42, sup. *Genes.*

69. Deus non secundum honorum operum eventum, sed juxta factoris propositum coronas elargiri solet. Hom. 3, sup. *Epist. 1 ad Cor.*

70. Ille coronas non petamus, sed si advenerit ipsum coronationis tempus, imminuerimus nobis praemia. Hom. 43, sup. *Ep. 1 ad Cor.*

S. LAUBEST. JUSTIN.

71. In agone positus dolorem mitigat spes coronae. Part. 1, *de Ligno vitae*, tract. 8, *de Spe*, cap. 2.

72. Si coronam cupis reportare victoriae certam, spiritualiter certa; adest in te qui videat, iudicet, et coronet. Part. 1, *de Interiori conflictu*, cap. 8.

73. Pugnare non desinat, qui coronari affectat. Part. 2, *de humilitat.*, cap. 10.

S. LEO PAPA I.

74. Libi in aperto sunt pugnae, in manifesto sunt coronae. Serm. 7, *Decimi mensis.*

PETRUS CELL.

75. Tolle pugnam, tolles et victoriam; tolle victoriam, tolles et coronam; tolle coronam, tolles et gloriam. Lib. 6, ep. 23, *ad Nicolaum monachum.*

S. PETRUS CHRYSOLOG.

76. Si certantes vincimus, tot coronas accipimus, quot vitorum victores fuerimus. Serm. 119.

S. PETR. DAM.

77. Non est sine pugna victoria, non absque victoria pertingitur ad coronam. Serm. 74, *de spiritali certamine.*

S. PROSPER.

78. De gratia misericordiae Dei, veniunt coronae justorum. Sent. 274.

TERTULLIAN.

79. Christi coronam aemuleris? si spinis non potes, nec floribus coroneris, quia non floribus potes. *Prosecc.*

80. Quid enim est capiti feminae corona, quam ferrea lena, quam summa lasciviae nota, extrema negatio verecundiae, conflatio illecebrae? *De Corona militis*, cap. 14.

THOMAS A KEMPIS.

81. Quanto durior pugna, tanto gloriosior corona. Serm. 5, *ad Novit.*, part. 1, divis. 3.

82. Sine certamine, non potes pervenire ad patientiae coronam, si pati non vis, recusas coronari. Lib. 3, *de Imitat. Christi*, cap. 19, sect. 4.

S. THOMAS A VILLANOVA.

83. Transit cito quod cruciat, permanet in aeternum quod coronat. In *Conc. funebri.*

84. Parum laudis habet virtutum corona, quae ex labore non descendit. Hom. 2, *de Areta via.*

S. VALERIAN.

85. Non per jaclantiam victoriae corona componitur, sed per bonorum operum studia. *Ibid.*, Hom. 11.

86. Voluntarium militem in conflictu pugnae, cito protegit corona victoriae. *Ibid.*, hom. 15, *de Bono Martyrii.*

87. Quot sunt victoriae, tot sunt coronae. *Ibid.*, hom. 16.

88. Ad coronam virtutum non facile pervenit, qui non legitimo agone certaverit. *Ibid.*, hom. 17.

89. Non minimam coronam constat reportare victoriae, qui laesus nescit irasci. *Ibid.*

90. Vae tibi, Alexander, vae tibi; quanta erit confusio tua, quando ceteri coronabuntur? Lib. 10, cap. 168.

91. Qui rebus praecclare gestis nomen gloriamque fuerit consecutus, a singulis coronandus est. Lib. 5, *de Republica.*

Vide etiam titulos, *Adversitas*, sent. 98: *Vertamen*, sent. 163; *Cogitatio*, sent. 19; *Pauli Apostoli encomia*, sent. 45: *Tentatio*, sent. 141, 156; *Vindicta* in genere, sent. 8.

CORPUS.

Etymologia. Corpus a corruendo dictum est, s. ANTONIUS vel quasi cordis pus, id est, putredo, vel quod corruptum pereat, vel quod coram positum. Serm. *Dom. 11, post Trin.*

Definitio. Corpus est quod ex quatuor elementis compositum est, rursus dissolvitur, et ad nihilum reducitur. *De definitionibus.*

Corpus instrumentum quoddam est animae, et tanquam vestis, et stola animae. *Cateches. 4, de Corpore.*

SENTENTIAE PATRUM.

1. Quanto fortius est corpus, tanto fortiores sunt inimicus, cum quo praestatur, sed cum corpus est debile, et infirmum, debilitatur hostis. Part. 2, tit. 4, cap. 6.

2. Vas istud in quo sumus inhabitantes, domus est plena bellis. Epist. 2, *ad Fratres.*

3. Corpus, quanto est haec vita diuturnior, tanto magis magisque corrumpitur, vel etate, vel morbo, vel variis affectionibus, donec veniat ad ultimam afflictionem, quae ab hominibus mors vocatur. Lib. 4, *de Trinit.*, cap. 3.

4. Sicut animale corpus non est anima, sed corpus; ita et spiritale corpus non spiritum debemus putare, sed corpus. Epist. 146, *ad Constantium.*

5. Multum lugenda est mens humana, si vincitur a corpore suo. *De Agone Christiano*, cap. 19.

6. Multi in corporibus vivis animas mortuas portant. Hom. 3, sup. *Apocal.*

7. Corpus hominis creatura Dei est, et anima hominis creatura Dei est; vita corporis anima est, vita anime Deus est. *Serm. 23, de Verbis Apostoli.*
8. Vide quam imbecille sit corpus humanum. Medicamentum famis, cibus est; medicamentum sitis potus est; medicamentum lassitudinis, somnus est, medicamentum sessionis, deambulatio est; medicamentum deambulationis, sessio est; medicamentum fatigationis, dormitio est; medicamentum dormitionis, vigilatio est. *Hom. 33.*
9. Fit infirmus animus, cum de mortali corpore cruciatur; necesse est enim ut illud diligat, et ejus corruptione pravegetur. *Lib. 1, de doctrina Christi, cap. 23.*
10. Nullum pejorem patior hostem, quam corpus meum, in quo habito. *De salutaribus documentis, cap. 65.*
11. Corporis vinculum ne concutiatur atque vexetur laboris et doloris; ne auferatur atque perimatur, mortis terrore animam quatit. *De Moribus Ecclesiarum, cap. 22.*
12. Corpus constat ex officialibus membris, officialia ex consimilibus, consimilia ex humoribus. *De Spiritu et anima, cap. 13.*
- V. BEDA. 13. Robusti corpore, nisi Deo a quo vires habent, devote famulentur, pro hoc penas patiuntur. In suis *Prop.*, verbo *habuisti.*
- S. BERNARD. 14. Quatuor sunt, quæ corpus corrumpunt. Curiositas, iniquitas, crudelitas, voluptas. *Serm. 37, de parvulis sermon.*
15. Sterquilinum vile custodit, qui corpus suum custodit. *Ibid.*, serm. 46.
16. Semper in robusto et vegeto corpore, animus mollior atque tepidior facit; et rursus in corpore debili et infirmo, fortior viget promptiorque spiritus. *Epist. 253, ad Abbat. Garnum.*
17. Ita corpori servitur, ut anima juguletur. Quæ discretio totum dare corpori, et animæ nihil? qualis misericordia, ancillam reficere, et dominam interficere? *In Apologia ad Gutelm. abbatem, cap. Dicitur.*
18. Cum corpus impinguo, hostem adversus me nutrio. *In Medit.*, cap. 14.
19. Si diligenter consideres, quid per os et nares, ceterosque corporis meatus egrediatur, vilius sterquilinum nunquam vidisti. *Ibid.*, cap. 3.
20. Malum voluptas est corporis, bonum vero afflictio est. *Serm. 3, de Nativitate Dom.*
- S. BONAVENT. 21. Domus est machina corporis, hæc fragilis est, et ideo custode indiget. *Sup. Ecclesiasten, cap. 12, in illud: Quando commovebuntur custodes domus.*
- CLEM. ALEX. 22. Sine spiritu corpus est terra et cinis. *Lib. 3 Stromatum.*
23. Nihil corpori liceat, ubi vitandum est corporis vitium. *De Bono pudicitia, cap. 6.*
24. Jumento nostro adhibere debemus saccum, paleam, et flagellum. Saccum, id est opera penitentia; paleam, id est necessaria ad vitæ sustentationem; flagellum ut castigemus, si excesserit. *Apud Gratianum in Decretis.*
25. Corpus otio tabescit, opere deficit; inedia deficiens, cibo reficitur ut subsistat; refectio lassescens, abstinencia relevatur ut vigeat. *Pros.*
26. Labore vegetatur ne quiete torpeat, quiete refocetur ne laboris exertatione succumbat; figuratur vigiliis, somno reparatur; oppressum somno; vigiliis excutitur, ne sua pejus quiete lassetur. Corpus vestibis legitur, ne frigoris adversitate penetraretur; quesito calore deficiens, aurarum flatu refocetur. *Lib. 3, Moral., cap. 20.*
- S. HIERONYM. 27. Sensus corporum quasi equi sunt ratione currentes, anima vero in aurigæ modum retinet fræna currentium. *Prose.* Quomodo equi absque rectore præcipites ruunt, ita corpus sine ratione et imperio animæ suum inferitur interitum. *Lib. 2, Adversus Jovinianum.*
28. Corpus non frangendum, sed regendum est. *Epist. 1, ad Demetriadem.*
29. Non inquinatur corpus, nisi mentis consensu. *Sup. Genes., cap. 12.*
30. Juxta corporis speciem, non æstimes qualitatem mentis. *Sup. Ecclesiastic., cap. 11.*
31. Corpus ipsum non tam alimoniam crescit, quam providentia Conditoris. *Hom. 22, sup. Matth.*
32. Domus nostra est corpus nostrum, superiora ejus sunt eor, et caput, que intelliguntur tecta domus: inferiora sunt venter, et certa occultabilia membra. *Hom. 49, Operis imperf. sup. Matth. sup. illud: Et qui super tectum est.*
33. Diuturna exercitatio, et labores, et tolerantia, et moderata mensa, victus simplex, et medicioritas stabiliora corpora reddunt. *Hom. 39, sup. Ep. I ad Cor.*
34. Quanto corpus pinguedine, crassitudineque, deliciis distenditur, tanto anima extenuatur magis, atque imbecillior fit, et magis obruitur atque sepelitur. *Hom. 43, sup. I ad Tim.*
35. Qui corpus obsequiis fovet, ipsum implens, *JOAN. CLIV. offerat. Gradu. 14.*
36. Corpus est cooperor et hostis, adiutor atque adversarius, auxiliator simul et insidiator. *Prose.*
37. Si foveatur oppugnat, si affligatur debilius fit; lascivit per quietem, rursus verbera et flagella non sustinet.
38. Si illum contristem, periclitior; si foveam,

S. CYPRIAN.

CLOSS. DECR.

GREG. MAG.

S. HIERONYM.

HUGO CARD.

S. JOANNES CHRYSOST.

- per quem virtutes acquiram non habeo. *Ibid.*, gradu 15.
- LACT. FIRM. 39. Corpus, quia terrenum est, animæ debet esse subjectum, sicut terra colo. *De divin. instit. lib. 2, de Origine erroris, cap. 13.*
40. Corpus est terra quasi vasculum, quo tanquam domicilio temporali spiritus celestis utitur. *Ibid.*
41. Studentes iis rebus, quibus solum corpus ornat, altius, delectatur, mortem sibi perpetuam quaerunt. *Ibid.*, lib. 4, de Vera sapientia, cap. 1.
42. Corporis bona, mala sunt animi; scilicet, cupiditas, et libido. *Ibid.*, lib. 7, de Divino præmio, cap. 5.
- S. LEO I. 43. In languido atque inutili corpore, potest animi integritas reperiri; si ubi fuit sedes pravitatis, ibi confirmantur fundamenta virtutis. *Ser. 6, Quadrag.*
44. Ita utendum est corpore, ut rectori suo necessarium præbeat natura inferior famulatum. *Ibid.*, serm. 7.
- PETR. HES. 45. Bonum eastrum custodit, qui corpus suum custodit. *Serm. 49.*
- S. PROSPER. 46. Non debemus omnia corpori desideranti præstare, ne cum illi licita concedere cœperimus, poseat illicita, et sibi obsequentes in minimis in flagitia puniendi compellat, ac naturali ordine perturbato, non spiritui corpus, sed spiritus corpori dominanti deserviat. *Lib. 2, de Vita contempti, cap. 22.*
47. Nemo est cuius animam corruptibile corpus non oggravet, sed nitendum est, ut carnis cupiditates spiritus vigore superent. *Sent. 18.*
48. Omne corpus in omne corpus posse mutari possibile est, quodlibet autem corpus in animam rationalem posse converti credere absurdum est. *Ibid.*, sent. 284.
49. Corpus carnis nostræ ornamentum nobis fuit; peccavimus, et compedes inde accepimus, ut vinculis mortalitatis, omnis humanarum aetionum cursus præpediretur. *Ibid.*, sent. 78.
50. Si jejuniium corporis cibus est animæ, nuditas corporis lorica est animæ. *Conc. 23 Dom. 1 Quadrag.*
51. Diabolus utitur corpore tanquam instrumento ad debellandum animam; et quo corpus magis viget ac floret, eo est aptius instrumentum diaboli. *Ibid.*
- SALVIANUS. 52. Quanto imbecillior es corpore, tanto purior sensu. *Ep. 3, ad Catturam, sororem.*
- S. VALERIAN. 53. Non obtinet regnum promissum, corporis delicata custodia. *Hom. 17, de Bono Martyris.*
- IN. VIT. PATR. 54. Corpus mulieris ignis est. *Lib. 5, libello 4, num. 65.*
55. Corpus nostrum velut vestimentum est; si illud diligenter tractaveris, stabit; si aulem neglexeris illud, putrescet. *Lib. 3, libello 5, num. 40.*
56. Crede mihi, fili, Olympici corpore et robusti sumus, sed anima nostra imbecilla est. *Lib. 10, cap. 168.*
- SENTENTIA PAGANORUM.
57. An id exploratum cuquam potest esse quomodo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperam? *Lib. 2 Academ. quest.*
58. Quæ corpori serviunt, catenas adhibentur, quatenus animo sunt usui; quidquid autem ad ostensionem, aut delicias allinet, repudiato. *In suo Enchirido, cap. 36, per totum.*
59. Hæbet ingenii signum est, in rebus corporis immorari, cura omnis ad animam est transferenda. *Ibid.*, cap. 63, per totum.
60. Corpus impedimento est ad sapientiam ipsam comparandam. *Syzygia prima in dialogo Phædonis.*
61. Corpus simile est ei quod est mortale; animus autem ei, quod est divinum. Divinum ut imperet atque presit, mortale vero ut subsit atque serviat. *Ibid.*
62. Corpus fragilitatis est caduca, morbis obnoxium, casibus expositum, proscriptionibus objectum. *Senæon, 6.*
63. Solidissima pars est corporis, quam frequens usus agitavit. *Lib. de Divina providentia, cap. 4.*
64. Quis mortalium, cui ullum superest hominis vestigium, veli, deserto animo, corpori operam dare? *De Vita beata, cap. 3.*
65. Nullis serviet, qui corpori servit; non nego indulgendum illi, serviendum nego. *Prose.*
66. Sic gerere non debemus, non tanquam propter corpus vivere debeamus, sed tanquam non possimus sine corpore. *Epist. 14.*
67. Honestum ei vile est, cui corpus nimis charum; agatur ejus diligentissime cura, ita tamen ut, cum exigit ratio, cum fides, mittendum in ignem sit. *Epist. 14.*
68. Nimis corporis amor nos timoribus inquietat, sollicitudinibus onerat, contumeliis obijcit. *Ibid.*
69. Major corporis sarcina animus eliditur, et minus agilis est. *Prose.*
70. Itaque quantum potes circumscribe corpus tuum, et animo locum laxa. *Epist. 15.*
71. Corpus, animi pondus ac pena est; premente illo urgetur in vinculis est, nisi accedat philosophia, quæ illum a terrenis dimittat ad divina. *Ep. 65.*

CICERO.

EMPICTETUS.

PLATO.

SENECA.

72. Vetas me cœlo interesse, id est, jubes me vivere capite demisso. *Prosec.*

73. Major sum et ad majora genitus, quam ut mancipium sim mei corporis, quod quidem non aliter aspicio, quam ut vinculum libertati meae circumdatum. *Ibid.*

74. Contemptus corporis sui, certa libertas est. *Ibid.*

75. Corpus nullis eget rebus, ut valet. Ep. 80.

76. Velamentum animæ corpus est, cui ut quamdam vestem natura circumdedit. Ep. 92.

77. Nemo liber est, qui corpori servit. *Ibid.*

78. Non est domus hoc corpus, sed hospitium, quod relinquendum est, ubi gravem esse hospitii videas. Ep. 120.

79. Corpusculum etiamsi nihil fieri sine illo potest, magis necessariam rem crede, quam magnam. *Prosec.*

80. Vanas suggerit voluptates, breves, pœnitendas ac, nisi magna moderatione temperentur, in contrarium abituras. Ep. 23.

81. Non videmus quam multa nos incommoda exagitant, quam male nobis conveniat hoc corpus. *Prosec.*

82. Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de pectore, ac faucibus querimur; alias nervi nos, alias pedes vexant.

83. Nunc dejectio, nunc distillatio; aliquando superest sanguis, aliquando deest, hinc atque illinc tentamur, et expellimur.

84. At nos corpus tam turpe, nihilominus alterna proponimus, et in quantum potest etas humana tendi, tantum spe occupamus. Ep. 120.

85. Sunt quorum corpus innoxium est, et in mille facinorum furias mens olosa discurrit. In suis *Proverb.*

86. Omne membrum corporis, quod invitat te contra pudicitiam agere, abjiciendum est. *Pros.*

87. Melius est uno membro vivere, quam cum duobus puniri. Sent. 10.

88. Corpus quidem tuum incedat in terra, anima autem semper sit apud Deum. Sent. 48.

89. Corpus animæ molestum non natura, sed peccatum fecit. *Ibid.*, sent. 131.

90. Quantum laboras pro corpore! si tantum labores pro anima, sapiens eris. *Ibid.*, sent. 294.

91. Tabernaculum quidem corporis graviter ferre, superbum est; deponere autem posse in pace (cum oportuerit) beatum est. *Ibid.*, sent. 309.

92. Membra corporis sarcina sunt iis, qui eis non utuntur. *Ibid.*, sent. 325.

93. Vestimentum esse putabo animæ corpus tuum, mundum igiturid conserva. *Ibid.*, sent. 336.

94. Incontaminatum custodi corpus tuum, tanquam si indumentum acceperis a Deo, et sicut vestimentum corporis immaculatum servare stude. *Ibid.*, sent. 429.

95. Corpus indumentum est inscitiae, corruptionis vinculum, velamen opacum, sensitivum cadaver, sepulcrum circumvertile, domesticus fur; qui, dum blanditur, odit, invidet. *Lib. de potest. et sap. Dei*, cui titulus *Pimander*, cap. 7.

Vide etiam titulos, *Animus*. sent. 124; *Abstinencia*, sent. 36, 48; *Cibus*, per totum. *Creatio*, sent. 14; *Donatio*, per totum. *Infirmis*, per totum. *Luxuria*, sent. 76; *Mortificatio*, per totum. *Nutritio*, per totum. *Refractio*, per totum. *Salus corporis*, per totum. *Sobrietas*, sent. 37.

CORRECTIO.

Etymologia. Correctio dicitur quasi cordis reformatio. Itaque corrigere, est quasi cor regere.

Definitio. Correctio est erroris innati, vel consuetudine introducti, freno rationis inhibito. *De fructibus carnis et spiritus*, cap. 13.

Correctio est justitia inclinans retrahere alterum ab imminenti casu in culpam, vel promoveri ad penitentiam post casum, et hoc secreta et inter paucos, et non auctoritative. In *Descript. terminorum*, cap. *Justitia*.

Correctio est quoddam remedium, quod adhibetur contra peccatum alienius delinquentis, 2, 2, quæst. 33, art. 1.

Correctio est sermo cum reprehensione ex consilio proficiens, peccati avertendi gratia. *Syzygia 6, de Definitionibus*.

Differentia. Publica est correctio, sed secreta s. correctio. *Serm. 16, de Verb. Domin.*

Correctio fit in verbis, correctio fit in flagellis, s. *Sup. Sapientiam*, cap. 1.

Hæc differentia esse videtur inter correctionem et correctionem; quod correctio sit, quando quis arguitur, etsi non emendatur; correctio vero quando etiam emendatur. *Serm. 68, de Octo terris*.

SENTENTIE PATRUM.

1. Dum in hoc corpore vivitur, nullus est negligenda correctio, nullus est desperanda reparatio. *Lib. de Vocatione gentium*, cap. 10.

2. Sicut amici adalantes pervertant, sic inimici litigantes plerumque corrigunt. *Lib. 9, cap. 8.*

3. Ecclesia catholica malos mores hominum condemnat, et quotidie tanquam malos filios corrigere studet; sed quicumque illorum bona voluntate Deique auxilio corriguntur, quod amiserant peccando, penitendo recuperant; qui autem voluntate mala nolentes corrigi in pristinis vitis

COLLECTOR.

HUGO A.

S. VICTORE.

JOAN. GERS.

S. THOMAS

AQUINAS.

PLATO.

AUGUSTIN.

DONAVENT.

HUGO A.

S. VICTORE.

AUGUSTIN.

AMBROSII.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

perseverant in agro quidem Domini sinuatur esse, et cum bonis seminibus crescere, sed venit tempus, quo zizania separantur. *De Morib. Ecclesie*, cap. 34.

4. Multo laudabilis est libenter accipere corrigentem, quam audacter corrigere deviantem. Est laus justæ libertatis in Paulo, et sanctæ humilitatis in Petro. *Pros.*

5. Fidelis dispensator Apostolus Paulus procul dubio nobis exhibet in scribendo fidem, quia veritatis dispensator erat, non falsitatis; ac per hoc verum scripsit vidisse se Petrum non recte ingredientem ad veritatem Evangelii, eique in faciem restitisse quod gentes cogeret judaizare. Ipse vero Petrus, quod a Paulo fiebat utiliter, libertate charitatis, sanctæ ac benignæ pietate humilitatis accepit; atque ita rarius et sanctius exemplum posteris præbuit, quo non dedignantur, sicuti forte recti tramitem relinquissent, etiam a posterioribus corrigi. Ep. 19, ad *Hieronym.*

6. Sicut meliores sunt quos dirigit amor, ita plures sunt quos corrigat timor. Epist. 50, ad *Bonifacium*.

7. Non quemquam putes ab errore ad veritatem, vel a quocunque seu magno, seu parvo peccato ad correctionem sine penitentia posse transire. Ep. 48, ad *Vincentium*.

8. Facilius est videre quid in alio corrigas, atque id vituperando vel oburgando corrigere, quam videre quid in te corrigendum sit, libenterque corrigi. *Exposit. capituli 2, ad Galat.*

9. Nihil sic probat spiritalem virum, quam peccati alieni tractatio. *Ibid.* *Exposit. capituli 6.*

10. Modus sermonis sive aerius sive blandius proferatur, sicut salus ejus quem corrigis videtur postulare, moderandus est. *Ibid.*

11. Quidquid lacerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigentis. *Ibid.*

12. Quisquis vel quod potest arguendo corrigat, vel quod corrigere non potest, salvo pacis vinculo excludat, vel quod salvo pacis vinculo excludere non potest, equitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus. *Lib. 2, contra Epist. Parmentari.*

13. Salva pace corrigitur, quando non interfectorie percutitur, sed medicinaliter uritur. *Ibid.* lib. 3, cap. 2.

14. Contra medicinam correctionis obscurdescere non debemus. *Libro 4, contra Cresconium*, cap. 42.

15. Cujusque hominis pravitas, quanto periculosior et tortuosior est, tanto instantius et operosius corrigenda est. *Lib. 4, de Baptismo contra Donat.*, cap. 16.

16. Si hominibus quispiam ignorantie error

obrepserit, corrigendus est, non tamen tanquam hæresis corrigatur, et qui correctus fuerit, ita dicitur errare, ut non tamen hæreticus judicetur. *Libro 2, de Gratia Christi, contra Pelagium*, c. 23.

17. Melius expedit emendari et corrigi post lapsam, quam in nequitia permanere. *Lib. 1, Contra Julianum*, cap. 2.

18. Corrigitte arguendo, consolamini alloquendo. *Sup. Psalm.* l.

19. Nullo modo dicenda est via correctæ, quando est vita perversa. *Super Psalm.* cxviii.

20. Quomodo alios corrigere poterit, qui proprios mores (si iniqui sint) non corrigat? *De duodecim abusivibus*, Gradu 9.

21. Brevis est vita, et ipsa brevis semper incerta; quando sit dies tuus ultimus, nescis; corrige te ergo hodie propter cras. *Ser. 16 de Verbis Dom.* 4 *Quadrag.*

22. Frequenter plaga disciplina corrigitur, si nihil proficiant hortamenta justorum. *Ser. Dom.* 4, *Quadrag.*

23. Certe melius homo corrigitur pravus, quam frangitur durus. *De Octo quæstionibus*, quæst. 3.

24. Magis innocentes non estis, si quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. *In Regul.* 3.

25. Nolentes (qui peccaverint) corrigi, nihil aliud delegerunt, nisi cum mundo damnari. *De Agone Christi*, cap. 31.

26. An forte corrigi pudet? hoc vitium nomini superborum est. *Libro 10, de Civ. Dei*, cap. 29.

27. Hodie te corrige; reus es, Deus jud. x. est. Corrige reatum tuum, et gaudebis ad judicem. *Prosec.*

28. Hodie hortatur te ad correctionem, ne judicet te; et qui iudex tuus futurus est, ipse est hodie advocatus tuus. *In exposit.*, *Psalm.* li, vers. 6.

29. Sic error corrigendus est ovis, ut in ea non corrumpatur signaculum Redemptoris. Ep. 50, ad *Bonifac.*

30. Quomodo gaudebis te esse correctum, nisi doleas fuisse perversum? *Ibid.*

31. Penitus extra Deum est, quisquis (dum tempus est) corrigi noluerit. *Super Psalm.* vi, vers. 7.

32. Non regit, qui non corrigit. *Super Psalm.* xlv, vers. 8.

33. Admonet nos Dominus non negligere invicem peccata nostra, non querendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas. *Serm. 16, de Verbis Dom.*

34. Cavendum est, ut primum nostra delicta, quæcumque illa sint, emendemus; et tunc deinde alios incensemus. Habetur in *Glossa ord.*

S. BASILIUS
MAGNUS.